



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur  
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 443. Leonis Pap. Annus 4. Theodosii 36. Valentin. 19.  
Impp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14573**



adversus: quod nonnulli etiam Christiani adeo se religiose facere  
portant, ut primum ad B. Petri apostoli basilicam, qua vni Deo &  
vno dicata est, perveniunt. superius gradibus, quibus ad summum  
atque superiorum ascenditur, converso corpore, ad nascentem se Solem  
reficiant, & curvati cervicibus, in honorem se splendidiissimi orbis  
inclinent: quod fieri partim ignorantibus, partim Pagani-  
tatis spiritum, multum tabescimus & dolemus. Quia est quidam forte  
creatorum pulchri luminis per ipsam lucem, que est creatura, vena-  
ratur: ad simendum tamen est ab huiusmodi specie officium, quum  
cum in nobis invenit, qui deorum cultum reliquit, non hanc se-  
cundum partem opinionis retinuit, quam probabilem retinuit,  
quam Christiani & impij videt esse communem: Abjiciatur ergo  
a consuetudine Fidei, damanda pervertitur, nec honor vni Deo  
deditur, eorumque, qui creaturis dejerunt, miscetur. hae-  
resis. Vides, quam procul abesse debeat a Catholicis Chris-  
tianis haereticorum atque Gentilium error, qui nec si-  
gnatur symbolum aliud, cum illis habere commune,  
licet a maioribus acceptum ad pietatem referri posset,  
quod ex pietate dacebat originem?

Accidit autem, ut cum ignorantes, quinam qualeve  
essent Manichaei: eisdem enim esse quodammodo existi-  
mabant demonibus vultu similes, vtpote eorum affusos  
spiritu, qui adeo impia atque sacrilega mente conceperat,  
illis iam detectis, confessis, et se Manichaeos esse, qui  
de facie praefertent speciem pietatis: vix induci pote-  
rant, simpliciores praefertim, ut qui maciae atque pallore,  
panperique vestitu imaginem referrent summae sanctitudi-  
nis, quales que antea venerari solebant, iidem illi ab ipsis  
cauendi, essent improbi Manichaei. Quam obrem solliciti  
admonitione, ut eos populus crederet, hui ab eodem Leo-  
ne Pontifice admonendus his verbis: Nihil ergo cum hu-  
iushodi hominibus commune sit cuiquam Christiano, nullo cum ta-  
libus habitatur societas, nullamq; consortium. Proferuntur sa Ecclē-  
sia, quod multi ipsorum, Domino miserante, detecti sunt, & in qui-  
bus sacrilegi vixerent, eorumdem confessione patet factum est. Ne-  
minem fallant discretionibus ciborum, foribus vestium, vultuum  
coloribus. Non sunt casta ieiunia, quoniam de ratione veniunt  
continentia, sed de arte fallacia. Hactenus notaverint incantū, ha-  
stentis illa fuerint imperiti post haec nulli excusabili erit lapsus: nec  
tam simplex habendus est, sed valde nequam atque peruersus, qui  
deinceps reperit fuerit nefando delictum errore, licet ipse. Cum  
igitur totus hic annus in Vrbe insuperbus esset in in-  
quendis Manichaeis, sequenti anno eorum causa in Conci-  
lij Episcoporum examē perducta est, atque alij eorum  
cum poenitentia accepti, alij verò exilio condemnati,  
complotibus fugā lapsis.

Hoc eodem anno idem S. Leo epistolam scripsit,  
quam Decretalem appellat, maiores verò Constitutum  
dixit, ad Episcopos Campaniae, Vulturnae, Piceni, ad-  
versus ordinantes ierosos & bigamos, necnon contra cle-  
ricos faeneratores.

Quod autem ad Orientalis Ecclesiae pertinet, hoc  
ipso anno, qui numeratur duodecimus a Ephesino Con-  
cilio ( ut ex Theodoretū epistola ad Eusebium Episco-  
pum Ancyranum data apparet) ipse Theodoretus Episco-  
pus Cyri, cum ex more degeret Antiochia, & frequens es-  
set in Synodis, in suspicionem adductus est, ne qui olim  
Nestorius fuisset, in suspicionem noui aliquid moliretur, immo  
ne vetustate collabentia suffulceret, damnatam q; Nesto-  
rii haereticum roboraret. Quam obrem aduersus eum obla-  
tus est Imperatori libellus, nescio a quo accusante ipsum  
sapere que sunt Nestorij, fore que etiam, nisi finibus sua  
Ecclesiae cohererecetur, iuberetur, recedere Antiochia, au-  
que redire Cyrum, ut homo sermone polleas aliis nouis  
concuraturus esset turbas. His acceptis Theodosius Imper-  
ator, inessigio regium dedit diploma, quo iubebat, ipsum  
Antiochia debere recedere, Cyrumq; recitari, & si iam i-  
psius tantummodo curare Ecclesiam. Cum autem haec  
Theodoretus accepisset, paruit ipse quidem, sed que Cyrum  
recepit, conuersit tamen pluribus literis ad diuersos datis,  
se esse omnino professione Catholicam, nec quicquam  
sapere, quod in certis fidei adhaererecetur: magno sane ani-  
mi dolore affectus est, quod in crimen, vel saltem in sus-  
picionem haereticus vocaretur.

Inter alias autem, quas tunc scribitur ad diuersos Episto-  
las, insignis plane est illa, quam de iudae Eusebium Ancy-  
rae Episcopum, qui haud pridem Theodoro viro admiran-  
do successerat. Quoniam autem rei gestae seriem narrat, &  
sua a se in hoc vtiq; annum edita scripta recenseet, eandem  
ipsam vna cum alijs ex Vaticana bibliotheca acceptant,  
nec antea vquam à Latinis viliam, hic primum Latinitate  
donatam describendam curauimus: sic enim se habet:

Sperari frequentiores literas hoc tempore tu accepturam à  
tua sanctitate. Cum enim manifestissimam calumniam tibi finim,  
fraternā consolatione iogebamus. Quis enim Marcionis haeresi  
& Valentini & Maneti & aliorum morbo laborant, in presur-  
ram pullulantes, egrē ferentes, quidam suas inuicem haeresi, a-  
perto Marte illas conuantes, decipere imperatoris aures tentan-  
runt, nos haereticos appellantes, & in duos Filios Christum Domi-  
num diuidere calumniantes, qui vnus est Dominus noster Iesus  
Christus, qui homo factus est, Deum Verbum. Sed non omnino asse-  
cuntur, quod optabant, & veris gloriauantur. Quia de causa di-  
ploma scriptum fuit magnificissimo & gloriosissimo Duci &  
Tribuno militum & Consuli, in quo nulla quidem erat de haeresi  
accusatio, sed quia causas quasdam & mendaces constringant,  
Synodus enim, deo dante, me frequenter congregare Antiochia,  
hoc nonnulli molestum esse. Haec de causa oportere me ab hu-  
ius abstinere, atque tantummodo de lesarum, qua mihi commissa  
erat, curam gerere. Huius quidem diplomati mihi ostensio de-  
reus quamprimū accepit, tamquam honorum mihi causam. Pu-  
mum enim optatissimam resumpsit quietem, diuina multos spero  
meorum delictorum dilecti maculas, propter eam, qua aduersum  
me in scriptis & composita inuisita atque calumnia ad hostios  
veritatis.

Ostendit autem satis aperte etiam in presenti vita omnium re-  
ctor ac Dominus Deus, quantum curam gerit eorum, qui iniuria  
afficiuntur: dom enim nos quiete ageremus, & intra paucos termi-  
nos destrui effugim, & duces Orientales magis afficerentur, & a-  
mae & conquirentur, & tacere propter imminentem metum ta-  
gerentur (qua enim nobis contigerant, omnibus metum inciderunt)  
Ipsē Dominus deus apparuit, & calumniam calumniantis arguit  
& manifestant, & eorum impiā mentem declarauit & multauit.  
Ipsi & Alexandrianus aduersus nos conuenerunt, & irritarunt, &  
omnium aures replent per ministros si dignos, quod nos pro vno  
& duos praedicamus Filios. Ego verò tamquam ab hoc excedendo errore  
alienus sum, ut cum nonnullis sanctis Patribus repererim, qui in Sy-  
nodo Nicaeae conuenerunt, qui aduersus Arj insipientiam in sui operi-  
bus latius inuehuntur, quae coguntur propter contentionem, quā  
aduersus illos contendant & dimittant, maiori deelaratione vti,  
egre sero, nec accipio hanc diuisionem: non enim quod diuisionem ne-  
cessaria & vsu excusum & errorem asserbat.

Et ne qui arbitretur me timore hoc dicere & metu: licet (qui-  
cumq; voluerit) ea que iam diu scripserim ante Ephesum Syno-  
dum inueni, & ea que post, duodecim abhinc annis. Dixim enim  
gratia & pro, & prophetas omnes exposui, & psalterium, & Apo-  
stolum; & contra eos, qui Arium sequuntur, & eos qui Macedonij  
morbo laborant, & aduersus Apollinaris imposturam, & aduersus  
Marcionis rabiem: iam scripsimus: & in singulis quae edidimus ope-  
ribus, diuina ope, Ecclesie sano sensu & meo mihi conficitur &  
splendet. Musica etiam scripsimus librum, & de Providentia a-  
lia, & ad interrogaciones Magorum alia, & de Vitijs sanctorum:  
& praeter haec, alia multa, ut singula recenscam. Haec autem enu-  
merasti, non ambitione ductus, sed potius illa denuncians tum ac-  
cusatoribus, tum etiam vti, qui iudicare illa & scrutari ac arguere  
voluerint, quacumq; sunt ex meo operibus: nihil enim, Deo in ope  
& gratia, nihil aliud nos sentire inuenient, praeterquam ea, qua à  
sancta acceptimus scriptura.

Nec igitur cum à nobis ita sanctitas accepit, dociat eos, qui  
haec ignorant, & suadeat illis, qui contumeliosi & effrenati Lu-  
gon aduersus nos inuicuntur, nos de nobis diuulgens, que à ca-  
lumniatoribus acceptunt, sed potius legulatori Domino obediant  
clamanti: Auditionem vanam ne suscipias: expectate rerum serui-  
tium. Ego verò Deum oro, ut quietus Ecclesia aliquando obri-  
neat, & longa ista & graui dissipetur tempestas, si tamen id per-  
mittere nostrorum peccatorum multitududo. Sed quia traditi sumus  
propterea scribantur diabolo: grama, ut periculum pro fidei defen-  
sione patentes simus, ut quando pro vtra integritate & sanctitate  
fiduciam non habemus, saltem ex eo, qui videtur inuolatum & in-  
tegram

IX.

X.

THEODO-  
RETUS  
STOEA  
AD EV-  
ANGELIUM  
ANCIOR.

XI.

CALTY  
RIS IN  
THEODO-  
RETUM  
UT MI-  
STORIA-  
RIZIO.

XII.

THEODO-  
RETUS  
VALERI-  
STA NV-  
MERAT.

XIII.

EXOD.  
15.  
DEPEN-  
SOREM  
SE FIDEI  
CATHO-  
LICE EX  
HIBET  
THEODO-  
RETUS.  
LUC. 22.

VI.  
VII.  
VIII.

regiam seruauerimus, misericordiam conseruamus & veniam in die aduentus Domini: hac etiam tuam precamur sanctitatem vt nobiscum ores, haec tenens ad Eusebium Ancyrae Episcopum Theodoretus hoc ipso (vt vidimus) anno, nempe duodecimo ab Ephesino Concilio.

XIV.

Extant eodem argumento (vt diximus) plures ab eodem Theodoro ob sui defensionem ad diuersos clarissimos viros duae epistolae, & inter alias ad Lupicinum Magistrum militum, illum videlicet, cuius in epistola ad Eusebium mentionitur, atq; Ducent exercitus nominat, ad quem Theodosius aduersus Theodoretum diploma illud direxerat, in qua quidem epistola haec ad finem: Si quis vero nos ab his diuersa sentire confirmat, nos etiam presentes accuset, & absentes calumniatur, iustum est, vt reus loqui possit, & aduersus illam sibi accusationem excusationem faciat, & tunc deinde iudices iuxta leges sententiam promulgent. Haec ergo per tuam magnificenciam precor obtinere. Si vero iudicis causa nos condemnare voluerint, libenter etiam iniustam suscipiemus sententiam. Domini enim tribunal expectamus, ubi neq; testibus, neq; accusatoribus opus est: omnia enim nuda & aperta in conspectu eius iuxta diuinum Apostolum, eadem planè habet in epistola, & ad Praefectum Urbis. Ad Anatolium verò Patricium de his scribens, tradit Dominum Antiochenum Episcopum misisse Constantinopolim legatos Episcopos, qui ipsum Theodoretum ab illata calumnia eximerent. Sed frustra quidem istam qui Nestorium fuerat aliquando consecratus, quantumlibet eum detestari profiteretur, nihilominus haud facile eà se valuit suspicione purgare: quòd sciretur, sicut ratio, ita & difficultè fieri, vt quem semel pestis haereticæ contagionis inuaserit, perfectè curetur, ij praesertim, qui eruditione praestantes, nulla ex ignorantia, vel simplicitate, possent excusatione petita purgari.

a Theod. Epist. 90.

b Hebr. 4. c Theod. Epist. 91. d Theod. Epist. 92.

IESV CHRISTI

Annus 444.

LEONIS PAP. THEODOSII 37. IMP. ANNUS 5. VALENTIN. 20.

I. ROMANVM CONCILIVM IN CAUSA MANICHAEORVM.

SEQUENTI anno quadringentesimo quateragesimo quarto, Theodosio decimumoctauo & Albino Consulibus, à S. Leone Papa habitum est aduersus Manichaeos Romæ Conciliū: nō enim satis sibi visum, quæ sit diuina iam comperto habuisse Manichaeos, eosdemq; quales essent, populo frequenti admonitione significasse, sed placuit, vt collecto Episcoporum Concilio, yna simul cū Romano clero, eorum causa publicè audiretur, Actisq; publicis fierent notiora, perpetuisq; monumentis eorū horrenda sacrilegia notarentur. Hoc ipso quidem anno dictū Concilium coactum esse, epistola eiusdem S. Leonis Papæ ea dēre data sub dictis Consulibus in fine mensis Ianuarij, quam proxime reddidit sumus, significat.

II. e Leo ser. d. c. m. man.

At quidnam tractatum à hoc habito Concilio fuerit, idem Pontifex postea pro concione coram omnibus patefecit: ipsam audiamus: Residentibus (inquit) itaq; mecum Episcopis ac presbyteris, ac in eandem consessum Christianis viris ac nobilibus congregatis, Electis & Electis eorum ipsius praesentari. Qui cum depernitate dogmatis sui, & desinitutatum suarum consuetudine multa referrent: illud quoq; scilicet, quod eloqui verecundum est, prodiderunt, quod tanta diligentia investigatum est, vt nihil miris credidit, nihil obreccatoribus remaneret ambiguum. Aderant enim omnes persone, per quas nefandum facinus fuerat perpetratum: puella scilicet, vt multum decemus, & dua mulieres, qua ipsam nutrierant, & huius sceleris participauerunt. Profecto erat etiam adolescentulus vni maior puella, & Episcopum ipsorum detestandi criminis ordinator. Omnium pars fuit horum & vna confessio, & patefactum est execratum, quod antea nostra vix ferre poterunt. De quo, ne apertius loquentes, castos offendamus auditus, Gestorum documenta sufficiant, quibus plenissime docetur, nullam in hac scelerata pudicitiam, nullam honestatem, nullam penitus reperiri castitatem: in qua lex est vendicatum, diabolus

QVAE A CTASINT CONTRA MANICHAEOS.

religio, sacrificium turpido. Nos ideo homines dilectissimi, per omnia execrabiles atq; pestiferos, quos altiarum regionum perturbatio nobis intulit crebrioribus, ab amicicia vestra penitus abdicare, vobis, praecipue mulieres à talium voritate & colloquijs abstinerent, ne dum fabulosis narrationibus incautus delictatur auditis, in diaboli laqueos incidatis. haec ipse. Intellegis, lector, pristinum morem in Ecclesia Romana ad praesens vigere reuerentem, vt Ecclesiastico iudicio contenti & conuicti haeretici, iudicium suis erroribus coram populo pro concione notificarent. Praestabant id quidem olim ipsi Romani Pontifices, postea verò per Notarios (per quos & hominibus interduci suas ex scripto annuntiabant Fidelibus, cum aliquo derinerent impedimento) id ipsam, Acta publicè legendo, perfeceerunt.

Sed vnde hæc merces in Urbem? Quis eam pestem intueat, quā vniuersis penè populis in discrimen haud leue adduceretur: quæ superius dicta sunt, satis ostendit, nempe excisa per Geneticum Africa, sicut succisa silua fecit bestiae alio migrant; ita quæ latebat in Africa monstrata, in Italiam nauigantia, in Urbem se intulit, tanquam Catholici, commiseratione digni. Ceterum etiam vespertinum examen inde conuolasset in Urbem, tamen in cellulis clandestinis earundem factus ibidem remanserunt, vt quæ dicta sumus in festis delectabant. Cum ergo de his omnibus (vt dictum est) Pontifex populum admonuisset, quod etiam officij vigilantissimi patris esset, ad exactam horum destructionem illud iudem pro concione populum instanter admonuit, vt omnes, quos scirent eiusmodi esse labe infectos, ad Ecclesiasticum tribunal deferrent: ait enim: Quia parum prodest vnicuique, quod protegente Spiritu sancto ab ipso ipse non capitur, si cum alijs capi intelligit, non mouetur: Contra communes hostes, pro salute communi, vna communis debet esse vigilantia, ne de aliquo membri vulnere etiam alia possint membra corripui. Et qui tales non prodendo putant, in iudicio Christi inuenientur rei de silentio, etiam si non contaminantur assensu. Assumite igitur religiose sollicitudinem pijs zelus, & contra scelerissimos hostes animarū omnium fidelium curam conseruat. Ideo, enim misericors Deus quandam nobis partem prædicit hominum noxiorum, vt manifestato periculo excitaretur diligentia cautio. Non sufficit quod actum est, sed eadem inquisitio perseueret, quæ hoc auxiliante Deo, consequitur, vt non solum qui relictū sunt, in colibus perseuerent, sed etiam multi, qui diaboli seductione decepti sunt, ab errore reuocentur, haec tenens S. Leo: quibus vides omnes ciues ad delationem & inquisitionem haeticorum magnopere excitari. Confidatione quidem dignum est, quod huic sacro Concilio, cum Manichaeorum causa tractata est, ipse S. Leo non Episcopos tantum atq; presbyteros, sed & Seniores complures, illustresq; viros, imò & plebis partem voluit praesentem fuisse, quo eorumdem seclera notiora redderentur, testatur id ipse S. Leo in epistola ad Taribium 8, verbis istis:

In execrabilibus autem mysterijs eorum, qua quantū immundiora sunt, tanto dil genitius occultantur, vnum proorsus nefas, vna est obscenitas, & similitur turpido. Quam etsi eloqui erubescimus, sollicitissimis tamen inquisitionibus indagatam, & Manichaeorum, qui comprehensifunt, confessionibus detectam, ad publicam facinus peruenire notitiam; ne vilo modo posse dubium videri, quod in iudicio nostro, cui non solum frequentissima praesentia sacerdotum, sed etiam illustrium virorum dignitas, & pars quadam Senatūs ac plebis interfuit, ipsorum, qui omne facinus perpetrarunt, ore referatum est, sicut ea, qua ad dilectionem tuam munus direximus, gesta demonstrant. haec S. Leo, qui quæ Romæ in eadem causa acta essent, voluit Hispaniarum Ecclesijs nota fieri, quæ à Priscilianistis Manichaeorum simillimis adhuc grauiter infestabantur. Antea verò eadem voluit intelcere proximis Vibi prouincijs, & alijs longè positis, quòd maiori omnes ardore ad inquirendos Manichaeos incitaret. Quòd enim idem Pontifex conperit habuisse, nōnullos ex eis fugā lapsos, & ne ad examen perduceretur, ab Vrbe recellisse: euectigid, ab soluto iam dicto Romano Concilio, de eius iudicio voluit reddi Italiae Episcopos certiores, monens in primis, vt ad eiusmodi indagandos haeticos omnem naturae deberent diligentiam. Epistola autem sic se habet:

III.

Leo ad. ser. d. c. m. man.

Leo Ep. 93. c. 13.

IV.

VIII. C.

Leo E. p. 2.

